GREGORIUS I. MAGNUS
Österreich (?), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 179r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Et quantum introrsus conspicit aperire aliis predicando
non sufficit; Lia uero lippa et fecunda est. quia activa
vita dum occupatur in opere minus videt; Sed dum
modo per verbum modo per exemplum ad imitationem suam
proximos accendit: Multos in bono opere filios generat;
Et si contemplatione mentem tendere non valet. Ecce tamen
quod agit et tenus gignere sequaces valet; Recte ergo in
mensura calami prius sex cubiti et postmodum palmus dicitur. quia
ante activa agitur. ut ad contemplativam postmodum veniatur;
Sed sciendum est quia sic bonus ordo vivendi est ut ab activa in
contemplativam tendatur. Ita plerique vel aliter a contempla
tiva animus ad activam reflectitur. Ut per hoc quod contempla
tiva mentem accendunt perfectius activa tenetur;
Debet ergo nos et activa ad contemplativam transmittere;
Et aliquando tamen ecce quod introrsus mente conspicimus
ad activam melius contemplativa revocare;
Unde et iisdem iacob. post rachel amplexus ad lie rediit.
quia et post visum principium laboriosa vita boni operis non
est funditus deserenda; Est autem in contemplativa vita
magna mentis contentio: Cum sese ad caelestia erigit.
cum in rebus spatiis animum tendit. Cum transgredi nititur
omne quod corporaliter videtur. Cum sese angustat vidi
latet